



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Divi Bambergenses S. Henricvs Imperator S. Kvnegvndis  
Imperatrix S. Otho Episcopvs**

**Gretser, Jacob**

**Ingolstadii, 1611**

[XLIII. Energumeni liberati.]

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41527**

tus ante altare communicaturns sistitur; sicq; ad propria cum parentibus regreditur.

## C A P V T X L I I I .

*Energumeni liberati.*

**D**AEmoniacitres, vnum masculus & duæ fœminæ in eodem loco curati sunt: qui nomen HEINRICI blasphemando ingeminantes frequenter: tandem cum stridore horriflico, sedes, quas tenuerant, reliquerūt. Vnus eorum pertinacior cateris, diu sancti nominis inuocationi renitens cùm ad ser reliquias deferri cognosceret; modò, cùm per sé HEINRICVS venit, non subsistam, inquit: statimque cum clamore magno hominem possessum deseruit. Hæc ipsa die aduentus reliquiarum infra missam gesta sunt.

## C A P V T X L I V .

*Muliericæcæ visus redditus.*

**E**Rat in territorio Merseburgensi mulier diu cæca, quæ familiaribus gressus suos regentibus, in occursum reliquiis vitra possibilitatem, spe recuprandi visus, properabat, nihilque salutis in via se recepisse, peccatorum suorum obstaculo adscribens, triduo peruigil & indefessa prece, Christi misericordiæ ianuam pulsauit: tandemque lucis optatæ suffragium per merita Beati HEINRICI obtinuit. Hæc in eadem, qua prius, villa, diu vivit: tamque clarens omni terræ illi eiusmodi miraculum fuit, ut nulli scire, maximè horum, qui tunc temporis fuere, incognitum esse possit.



## C A P V T